



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Johannis Strauchi[i] Jcti Amoenitatum Juris Canonici
Semestria duo**

Strauch, Johann

Jenae, 1675

Cap. VIII. De Decretalium compileribus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10224

epistolarum Decretalium compilationibus. Cujac. *cap. ult. X. de sent. & re jud.* Alb. Gentil. *disp. de Jur. Canon. c. 1.* Hinc Interpretes veteres, Alanus, Vincentius, Tancredus, Laurentius & cæteri, cum capita referunt collectionis Gratiani, utuntur voculâ, *SU- Vocula, SU- PRA, innuentes post Gratiani volumen collectionem aliam super- PRA, apud venisse. Judicium de opere Gratiani vide apud Duarenum in Interpretes præfatione librorum de sacris Ecclesiæ ministris, ibi inter cætera: veteres. Censura de- Nec eo libro ullus est in hoc genere utilior, quamvis in eo nonni- creti. hil desiderent eruditi. Confer Joachimum Stephani de jurisdic. lib. 4. c. 3. num. 9. Et Thomam Neageorgum præfatione tractatus, cui titulus: Rubricæ sive summa capitulorum Juris Canonici. Boeth. Glossatores Epo. de jure sacro, lib. 2. c. 2. num. 97. Qui glossas in Decretum Decreti, scripserunt, primus fuit Hugutio, ut habet Anton. Florentinus Hugutio. part. 3. Speculi pr. & plenius. t. 18. c. 6. in fine. Secundus fuit Johan- Joh. Seme- nes quidam Semeca, cognomento Teutonicus, sub annum Christi ca. 1260. Præpositus Halberstadenfis. Ita enim Beatus Rhenanus in præfat. corporis Canonici glossati, à Johanne Amerbachio recogniti & Basileæ anno 1512. excusi, ubi addit, vixisse sub Imperatore Rudolpho Habspurgenfi, Alberto Magno Synchronum. Tertius fuit Bartolomæus Brixienfis. Vide Johannem Andreæ in Bartolom. Brixienf. præfatione ad Decretales. Sequuntur itaque hanc Decretorum Post decre- collectionem Decretales epistolæ, quas Episcopi consultantibus tum Gratia- rescripserunt. ni secuta Decretales.*

CAP. VIII.

De Decretalium compilatoribus.

S U M M A R I A.

- | | |
|--------------------------------|----------------------------------|
| 1. Bernardus Circa. Bernardi | 4. Interpretes hujus compilatio- |
| ires. prima compilatio. Exstat | nis. |
| hodie. | 5. Ejus scholiasta. |
| 2. Compilatio Gilberti & Alani | 6. Bernardi Compostellani com- |
| & Johan. Gallensis, an Val- | pilatio. |
| lensis. | 7. Petr. Beneventani collectio. |
| 3. Secunda compilatio. | |

Primus

*Bernardus
Circa. Ber-
nardi tres.
prima com-
pilatio. Ex-
stat hodie.*

*Compilatio
Gilberti &
Alani & Jo-
han. Gallen-
sis, an Val-
lensis.
Secunda
compilatio.
Interpretes
hujus com-
pilationis.
Ejus scho-
liasta.
Bernardi
Compostel-
lani com-
pilatio.
Petr. Bene-
ventani
collectio.*

Primus eas congeffit Bernardus Circa, Præpositus Papiensis, & post Episcopus Faventinus, primus ex tribus Bernardis, jure Canonico claris, quorum alter Parmensis, alter Compostellanus. Cujac. *c. 1. x. qui cler. vel vovent.* Approbata hæc fuit collatio tempore Alexandri III. Hanc compilationem hodie non haberi ait Johannes Andreae Filius. *t. 7. de cler. conjug.* sed edidit tamen eam Antonius Augustinus. Ipse Bernardus suam compilationem vocat, Breviarium extra, sive extravagan- tium, ut habet liber Romanus. Porro subinde novis è sede Apo- stolica constitutionibus prodeuntibus, mox aliud volumen edidit Gilbertus Abbas, & Alanus quidam, Episcopus Antifiodorensis, sed nomen præripuit his Johannes sive Gallensis, sive Vallensis, Volateranus, cujus liber, *secunda*, sive Alexandri IV. compilatio audit. Vid. Platinam *in vitâ Alexandri IV.* & Johann. Andreae *proæm. addit. ad Speculator.* Alb. Gentil. *de libris Jur. Canon. p. 2.* Prodiit XII. annis à primâ, eorundemque Pontificum rescripta collegit, itemque Cœlestini III. iisdemque mox addidit scholia quædam; Interpretes hujus compilationis fuere Hugo, Ferrariensis episcopus, cujus frequens apud Innocentium III. fit mentio, & Bernardus Major Compostellanus, Archidiaconus, & ait A. Augustinus, Vincentii, Tancredi, Alani, Laurentii & aliorum se scholia vidisse. Post hanc cœperat aliam idem Bernardus Compostellanus ex Registris Innocentii III. eaque aliquando compilatio Romana dicta. Sed Romani indignè ferentes, quod ab usu remota referret, ab eodem Innocentio impetrarunt, ut Pontificia autoritate alia collectio ederetur. Cui rei Petrus Beneventanus notarius præfectus est, anno 12. ejusdem Pontificis. Joh. Andreae. *c. 6. de conc. præb.* Cujac. *c. 2. de Sponsalib. & tit. de Conjug. Serv.* Et hæc prima publicâ facta auctoritate collectio est. Cujac. *c. 24. x. de Spons.* Nec valebant, fidemve faciebant, nisi à Scriniariis Romanæ Ecclesiæ comprobarentur. Ant. Aug. *præf. collectionum antiqu.* Ejus interpres fuit Paulus Hungarus, ut Joannes Andreae habet.

CAP.